

100 ge





Galaynspital Pfaffenhausen

von Johannes Krause, Rektor in Leitz 1673-1676,  
Präsident der philosoph. Fakultät in Sena, Rektor  
in Annaberg und in Arnstadt gelehrt,  
war nicht zu bezweifeln.

Sein Nachfolger das Lyceum in Leitz war  
Herrn

Leitz  
unter Nr. 1.

ACADEMIA  
M. R. O.  
M. A.

M. V. O. M.

DEO

Universitäts- und Landesbibliothek  
Halle/S

M. J. H. A. N. J. A. C. O. B.

PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA



EXERCITATIO  
DE

4

SARDANA-  
PALI EPITAPHIO,

*Quam*

benevolo indultu

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ

in

Almâ Salanâ

*publica disquisitioni submituntur*

PRÆSES

M. JOHANNES  
CRAUSIUS,

Thumâ - Misnicus

&

RESPONDENS

CHRISTOPHORUS SEILERUS,

Hartensteinensis Misnicus

Alumnus Schönburgicus

*ad d. Octobr.*

Anno M. DC. LXVI.

---

JENÆ,  
Typis Bauhofferianis.

4



EXERCITATIO  
DE

SARDA  
PALI EPITAPHIO.

benovolentia  
Amplissimus Facultatis Philosophicae

Almae Salanae

Publicae Disputationi Submittitur  
P R A E S S E S

M. JOHANNES  
GRAVSIUS

Typicus - Medicus

RESPONDENS

CHRISTOPHORUS SEILERUS

Facultatis Medicae

Almae Salanae

Anno M. DC. LXXVI.

JENAE

Typis Bartholomaei







עמי עשן:



arias jam olim de summa, quæ homi-  
ni in hac vita obtingere potest, felici-  
tate varios fovisse sententias, noti-  
us est, quàm quod notissimum. Alii  
enim in hoc, alii in alio, pro diverso  
vitæ genere, quod sectabantur, eam  
constituendam putârunt: ita ut ce-

leberrimus *Hipponensem præsul* referat (a) M. Varro (a) lib. 19.  
nem dogmatû varietatem diligenter & subtiliter scru- de C.D.c.1.  
tatum in libro de Philosophia advertisse, CCLXXXVIII.  
posse esse de hoc argumento sententias. Confer D.  
*Conrad. Hornejum in Philosoph. Moral.* (b) & *D. Cass. Finkii* (b) lib. 1.  
*Schediasmata* (c) Fuerunt verò inter alios, qui eò absur- cap. 4. (c)  
ditatis devenerunt, ut non erubescerent asseverare, part. 1. pag.  
cardinem beatitudinis humanæ volvi in voluptatibus 241.  
corporis, quam Epicuri Atheniensis, Neoclis & Chæ-  
restratæ filii (de quo vid. *Diogenes Laertius seculi II. post*  
*Christum natum scriptor* (d)) mentem fuisse, passiva & (d) lib. 10.  
pervulgata est opinio: quapropter & voluptarii ho- de vit. Phi-  
mines *Epicuri de grege porci* vocantur: ut ut non de los. pag. 554  
sint, qui cum ab invito hoc dogmate alienum pro-  
nuncient. Nostra in præsens parum refert, quic quid  
Epicurus hîc senserit: Suppetunt enim alii iique nu-  
merò longè plurimi, qui & dictis & factis produnt,  
ventrem, ut *Apostolorum coryphaeus* (e) loquitur, esse (e) Phil. 3,  
suum Deum. Familiam eorum suò jure ducit famo- 19.  
sissimus Assyriorum Rex Sardanapalus. *Ἐν λόπῳς ἰδύπα-  
γῆσας,*

A

*Ἰνός*, insolito & inusitato more nepotans, teste nomina-  
(f) *Athe-* tissimo *Dipnosophistarum* scriptore. (f) Huic enim non  
*neo lib. 12.* satis fuit, seipsum, quantus quantus erat, voluptatibus  
immergere, sed ut sequiora etiam secula haberent  
*ὄρμητιέρον*, quò ad voluptuosam vitam incitarentur,  
planè ex Epicuri sententia erigi sibi voluit epitaphium,  
(g) *Hornei.* *loc. cit.* cuius vel meminisse nemo sine detestatione potest (g).  
Quò scilicet & suam infamiam propalaret bipedum  
luxuriosissimus, & posteros, quantum in se esset, ad  
candem insaniam adigeret. Epitaphium istud quan-  
doquidem passim apud Autores extat, & à veteribus  
tanquam insolens annotatur; Non abs re facturi su-  
mus, si de eo hâc dissertatione paulò fusiùs agamus.  
Oramus autem lectorem benevolum, ut conatibus no-  
stris æquus sit, & si videat, nostra hâc minùs exascia-  
ta esse, apud animum cogitet, nos in tanta antiquo-  
rum monumentorum penuria constitutos conari sal-  
tem aliquid voluisse, felicioribus, & quibus plura ex  
antiquitate præstò sunt, ingeniis accuratiorem & o-  
mnibus numeris absolutam hujus thematis elucubra-  
tionem non invidentes. Cæterùm non pauca, maxi-  
mè quæ ex MSS. adducuntur, *instructissima Bibliotheca*  
*Viri Nobiliss. & Excellentiss. Dn. Joh. Andr. Bossi, Historiarum*  
*Professoris celeberrimi, Patroni ac Præceptoris nostri*  
*summè colendi*, nos debere, illicò hîc, dum postem et-  
iamnum tenemus, grati profiteamur. Jova fortunet:  
cepta!

## CAPUT I.

*Nominis Sardanapali gemina scriptio. Diversa originatio.*  
*πολυσημία, συνωνυμία. Epitaphium adducitur ex Cicero-*  
*ne, Diod. Siculo, Strabone, Plutarcho, Arriano, Athenæo,*  
*Augustino, Genesio, Suida. Laudantur & alii hanc in rem*  
*Autores. Sardanapali genus.*

S.I.An.

§. I. Antequam ipsum epitaphium exhibeamus, non alienum hujus operæ erit, in nomen Sardanapali paulo penitius inquirere. Id bifariam scriptum reperitur, modò per geminum II. *Sardanapallus*, modò per simplex I. *Sardanapalus*. Priori modò in omnibus MSS. Chronici Eusebio-Hieronimiani se exaratum invenisse, refert *Chronologorum omnis ætatis celebratissimus Josephus Scaliger* (a) & subjicit, sibi ad ob scœnam notam ita detortum videri à Græcis, alludentibus ad vocem *Φαλλός* penis (pro qua & *pallus* dicatur, docente id dictione *tripallus* apud *Tibullum* (b) & *orthopalluca* apud *Varronem*) ut hæc ratione ipsa nomenclatura obscœnitatem præ se ferat. Ait & *Ciceronem* (c) huc collineare, quando *Sardanapallum* & vitiiis & nomine deformem vocet. Cæterùm non Eusebiana duntaxat; Verùm & alia MSS. huic scriptioni favent, MSS. scilicet *Justini Jacobi Bongarsio inspecta* (d) MSS. *Excerpta Historiarum Prosperi*, quæ *Sardanaphallum* vocant. It. MS. quoddam *Chronicon nondum editum* in Bibliotheca Nobil. Dn. *Bosii*, ubi *Sardanapalla* vocatur. Posterior tamen scriptionis modus, quò *Sardanapalus* scribitur, plausibilior multis videtur, quippe cùm juxta *Jacobum Salianum Avenionensem* T. IV. *Annal. Eccles. V. T.* ad A. M. 3216. p. 159. pro eo faciant XX. MSS. Eusebii *Arnaldo Pontaco Vasatensi* visa, & apud vetustiores Autores *Diod. Siculum*, *Strabonem* aliosque occurrat, teste *Gerardo Vosio* filio (e) & magnis nostri seculi nominibus *Scaligero* (f) laudato *Vosio* (g) *Matth. Berneggero* (h) magis probetur, & originationi etiam, de qua mox, propius respondeat.

§. II. Est autem nomen Sardanapalus, juxta Scaligerum, purum putum Assyriacum שַׂרְדַּנְפַּלְלֻס. Quod

A 2

Christian.

(a) *Anima vers. ad Chron. Euseb. pag. 59. edit.*

*Lugd. ann. 1606.*

(b) *lib. 4. in fine.*

(c) *lib. 3. de Republ.*

(d) *Vid. Var. Lect. in edit.*

*Bernegg.*

(e) *not. ad Vell. Pater.*

*cap. 6. lib. 1. pag. 12.*

(f) *loc. cit.*

(g) *loc. cit.*

(h) *not. ad Justini lib. 3. cap. 3.*

- (i) Orig. *Christian. Becmannus* (i) componit ex  $\aleph$  princeps  $\aleph$  ju-  
 Lat. lingv. dex &  $\aleph$  mirabilis, quam deductionem etiam affert  
 D. Eduardus Simsonius Cantabrigiensis in Chronico  
 (k) part. 3. Catholico (k) ut ita significet principem & judicem  
 pag. 31. mirabilem seu locculturum. Philip. Melanchthon verò  
 (l) Chron. (l) priores duas voces  $\aleph$  &  $\aleph$  vocaminis hujus com-  
 lib. 2. p. 31. positionem ingredi largitus, pro ultima  $\aleph$  substituit  
 $\aleph$  everfor (quomodo & Gigantes  $\aleph$  vocantur  
 (m) Gen. (m) vel in sensu intransitivo quasi defectores, quòd ipsi à  
 VI. 4. Num. Deo caderent sive desciscerent, quò sensu verbum  
 XIII, 34.  $\aleph$  occurrit aliquoties in Pandectis sacris (n). Vel, quæ  
 (n) II. Reg. communior sententia est, in sensu transitivo, quasi de-  
 XXV, II. jectores, quod homines cadere facerent seu proster-  
 Jerem. nerent) ac nomen hoc arrogantia plenum esse conten-  
 XXXVII, 14. dit; Unde *Reinerus Reineccius* (o) probabile arbitratur,  
 (o) Syn id cognomen vel tituli locò assumptum esse ab hoc  
 sigm. He- Assyriæ Rege, perinde ac Attila Hunnus flagellum  
 roico p. 59. Dei quondam se nominari volebat. Confer *Christian.*  
 (p) Theatr. *Matthia* (p). Quod tamen non adeò certum nobis esse  
 Histor. p. videtur. Græcos etiam hoc nomen ad vocem  $\alpha\pi\alpha\lambda\epsilon\varsigma$   
 40. mollis, effæminatus retulisse, conjicit laudatus *Simsonius*  
 (q) loc. cit. (q).

§. III. Ceterùm non una eademque nominis  
 hujus est significatio. Communiter equidem hunc  
 nostrum Assyriorum Regem designat. Quod si *Calli-  
 stheni* credimus, fuit & alius quidam hujus nominis  
 Rex. Refert enim *Suidas* (r) ex *Callisthene* lib. 2. Persico-  
 rum, duos fuisse Sardanapalos,  $\epsilon\iota\alpha\ \delta\epsilon\gamma\alpha\tau\eta\epsilon\iota\omicron\nu\ \kappa\iota\ \gamma\alpha\rho\upsilon\alpha\omicron\nu\ \kappa\iota\ \alpha\lambda\lambda\omicron\nu\ \delta\epsilon\ \mu\alpha\lambda\alpha\kappa\omicron\nu$  unum quidem strenuum & fortem; alte-  
 rum verò delicatulum. Ex quibus sanè posterior haut ob-  
 scurus est: Prior verò quis fuerit, dictu difficilius est, &  
 Del. o. natorum opus habet. Nisi forsan respiciatur ad  
 Nabo-

(r) voce  
 sardana-  
 palus.

Nabopolasaram, de quo Eusebius Pamphili Cesarensis (s) (s) lib. 1.  
 ita habet: Τῆτον ὁ πολυῖστωρ Ἀλέξανδρος Σαρδανάπαλον Chron pag.  
 χαλεπὴν πέμψαιτα πρὸς Ἀστυάγην Σαράπην Μηδείας, ἣ τὴν 38.  
 θυγατέρα αὐτῆς Ἀμιτίνην λαβόντα νύμφην εἰς τὸν υἱὸν αὐτῆς Να-  
 βεχοδοπόσορ. ἔτι Σαρατιγὸς ὑπὸ Σάρακ Χαλδαίων βα-  
 σιλείως γαλεῖς, ἣ τὴν αὐτῆς Σάρακ εἰς Νίνον ὄπισθε τεύει.  
 ἔτι ἔφοδον πτοηθεῖς ὁ Σάρακ εἰαυτὸν σὺν τοῖς βασιλείοις ἐπέ-  
 πρησεν, ἣ τὴν δέχτην τῶν Χαλδαίων παρέλαβεν ὁ αὐτὸς Ναβοπο-  
 λάσορ ὁ τῆς Ναβεχοδοπόσορ πατήρ. Hunc Alexander Poly-  
 histor Sardanapalum vocat, qui misit ad Astyagem Media Sa-  
 raram, & filiam eius Amytin filio suo Nabuchodonosori de-  
 sponsavit. Hic à Saraco Chaldaeorum Rege Dux militum  
 missus, adversus ipsum Saracum ad urbem Ninum exerci-  
 tum educit. Cujus irruptionem timens Saracus seipsum jux-  
 tā cum regia combussit, & ita Chaldaeorum imperium susce-  
 pit ipse Nabopolasarus Nabuchodonosoris pater. Quae ver-  
 ba quidem δευτέρου quendam Sardanapalum innuunt:  
 Num autem veritati historicæ examussum responde-  
 ant, non extra dubitationis aleam positum est. Æquē  
 ac istud quod Georg. Cedrenus (r) Salmanassarem, Nabo-  
 nassarem & Sardanapalum nullo discrimine agit.

§ IV. Sed quicquid tandem sit de altero Sarda-  
 napolo, manet nomen hoc nihilominus πολύσημον. Ec-  
 quis enim ignorat usum ejus tropicum, quo antonomas-  
 tice notat quemvis hominem luxuriæ & libidini man-  
 cipatum? Ita apud Aristophanem Comicum Græcum (u) adornata.  
 (cujus comœdias tanti fecisse fertur Joh. Chrysosto- (u) in Avi-  
 mus, ut eas subinde in manibus habuerit, & dormiens  
 pro pulvinari usus sit) (x) dicitur: Τίς ὁ Σαρδανάπαλος ἔτος (x) Matth.  
 quisnam hic lurco est? Sic pseudantoninus libidine & pe- Dresserus  
 tulantiâ nulli secundus Sardanapalus appellatur à Dione Millen. IV.  
 Coccejano in Excerptis Constantini Augusti Porphyrogene pag. 524.  
 Isag Histor.

(γ) lib. 79. pag. 762. e. dit Paris. anno 1634. ab Henr. Valesio publicate. (z) loc. cit. (α) voce Sardana- palus. (β) loc. cit. (γ) loc. cit. (δ) loc. cit. (ε) libr. de regnorum & temporū successione pag. 562. edit. Joh. Leunclavii (ζ) voce Conosconcolero.

Ita Hefychius Σαρδανάπαλα vocat ἀλλοῖα, pro quo Vossius (z) legendum putat αἰδοῖα. Vid. Erasmus in Adagiis. (α)

S. V. Alia porrò Sardanapali hujus nomina si investigamus, reperimus id, quo ab Eusebio (β) vocatur Ἰωνος Κοσκόλερος Thonos Concoleros, quam nomenclaturam nusquam apud ullum Veterum legi (quippe quibus vulgò Sardanapalus audit) neque præ altero ejus nomine Assyriacum quid spirare contendit Scaliger (γ) Cui quàm illud ὁμόφυτος est Berneggerus (δ) quando unicum appellationis hujus testem laudat Eusebium. Mentionem dehinc indigitamenti hujus facit Jornandes Alanus (ε) item Chronicon MS. suprà laudatum. Apud Suidam (ζ) vocatur Κονοσκοκόλερος Conosconcoleros, quod vocamen cum priori haut dubiè coincidit, levi saltem in quibusdam literis mutatione factâ, quod in nominibus propriis passim fieri amat. Præfert hanc scriptionem priori Simonius & perperam apud Eusebium x in θ transiisse contendit; nullam autem assertionis suæ rationem addit. Nobis ultra scriptio præferenda sit, non liquet. Cæterùm in recentiori editione Thesauri temporum Scaligeriani, quæ ann. M. DCLVIII. obstetricante Alexandro Moro prodiit, pag. 64. Animadv. dicitur, in priori Eusebii libro occurrere quoque nomen Μακροκόλερος: Quod num verè Eusebio debeatur, an alii cuidam, dubium esse potest: Certè apud Georg. Syncellum (η) reperitur; Verba ejus sunt. Ἀπο τῆ πρώτης αὐτῶν βίβλῃ, ἕως τῆς μὲν μακροκόλερος τῆς δὲ Σαρδανάπαλος ἔτη ὅλα αὐξ. Ἀπὸ τοῦ Ἀσσυρίων Βελουσιῶν, ἀδὲν ἄρτιον πρῶτον Μακροκόλερον, οὗ καὶ Σαρδανάπαλος vocatur, ἀντιστῶν 1460.

S. VI. Hactenus de nomine. Nunc ad ipsum sepulcrale Sardanapali monumentum transimus, spectaturi

(η) Chrono- graph. pag. 92. edit. Jacobi Goar.

turi, quale illud fuerit. Voluit ergo sibi in urbe Anchi-  
 ala erigi statuam lapideam, saltanti similem, dextræ  
 manûs digitos supra caput attollentem, iisque quasi con-  
 crepantem, additâ scripturâ Asfyriacâ, unde, tanquam  
 ex ungue leonem, Veneris & Bacchi consecraneum æsti-  
 mare queas. Eam alii Autorum oratione ligatâ, solutâ a-  
 lli; Alii fusiùs, breviùs alii (prout cujusque institutum  
 ferebat) referunt. Sed quid prohibet ipsos antiquos  
 audire? Agmen ducat Romanorum disertissimus Cicero

(9) *Quomodo, inquit, jucunda vita potest esse, à qua absit (9) lib. 5.  
 prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentis-  
 simi Syria Regis error agnoscitur, qui incidit in busto: Tusc. Quest.  
 pag. 282.*

*Hæc habeo, quæ edi quæque exaturata libido  
 Hauserit; At illa jacent multa & præclara relicta.*

*Quid aliud, inquit Aristoteles, in bovibus, non in Regis sepul-  
 chro inscriberes?*

§. VII. Tullio succenturiatus esto ejus coævus  
 Diodorus Siculus, Agyrinorum doctissimus, cujus hæc

sunt verba (1) *Ἐπὶ τοσούτων προήχθη τρυφῆς καὶ τῆς ἀποχρῆσης (1) lib. 2.  
 ἡδονῆς καὶ ἀκρασίας, ὥστε ὀπιπυλῆσαι εἰς αὐτὸν ποιῆσαι, καὶ πα-  
 ραγγᾶλοι τοῖς διαδόχοις τῆς ἀρχῆς μετὰ τὴν ἑαυτῶν τελευταίαν  
 ὀπιλὸν τάφον ὀπιγράψαι τὸ συγγραφεὶν μὲν ὑπὲρ ἐκείνου βαρ-  
 βαρικῶς, μετῆρμηνευτὸν δὲ ὑπερῶν ὑπὸ ἑλλήνων.* Biblioth.  
 Histor. p.  
 110. ex e-  
 dit. Laur.  
 Rhodoman-  
 ni anno  
 1604.

*Ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβησα, καὶ μετ' ἐρωτῶ  
 Τεῖσι ἔπαγον, ταῦ δὲ πολλὰ καὶ ὀλβία πάντα λέλυνται.*

*Eò tandem deliciarum & turpissima voluptatis ac intempe-  
 rantia processit (Sardanapalus) ut carmen hoc funebre sibi  
 ipsi componeret, & successoribus sepulchro suo post mortem  
 inscribendum mandaret. Id autem à lingua barbarica à Gra-  
 eco aliquo translatum ita se habet:*

*Quam mihi grata dedit gula, amor, petulantia vivo,  
 Mortuus hæc habeo: bona cætera cuncta reliqui.*

§. IIX.



§. XIX. Diodorum excipiat, qui eodem seculo vixit, & sub Tiberio imperatore situm orbis terrarum copiosè describit, *Strabo Amasiensis*, ita autem ille (κ):

(κ) lib. 14. pag. 462. ex edit. Isaac. Ca. Sauboni.

ἔστ' Ἀγχιάλη, μικρὸν ὑπὲρ τὴν θαλάττης, κλισμα Σαρδανια-  
 πάλῃ Φοισί. Ἀειφόβηλ. Ἐλαῶθα δ' εἶναι μῆμα Σαρδανια-  
 πάλῃ καὶ τύποι λίθινον συμβάλλοντα τὴν δεξιᾶς χειρὸς δα-  
 κτύλου ὡς αὐτὸν ἀποκροτῆρα. Ἐπιγραφήν εἶναι Φασί Ἀσ-  
 συρίοις γραμμάσι τοιαύτην. Σαρδανάπαλ. ὁ Ἀνακυνδαρά-  
 ξεω παῖς Ἀγχιάλην καὶ παρὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρη μῆ. Σὺ δ' ὦ  
 ξένη ἕοδὸν πίνε, παῖζε, ὡς πάλλα τότε ἐκ ἄξια, τὸ ἀποκρο-  
 τῆμα.

Ἐυ εἰδὼς ἦν θυμὸς ἔφους, σὸν θυμὸν ἀέξε

Τερπόμεν. Θαλίησι. θανόνη σοι ἔ' ἕς ἔπισις.

Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδὸς εἶμι, Νίνυ μεγάλης βασιλεύσας.

Ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον. καὶ ἐφίβησα, καὶ μετ' ἔρω.

Τέρπν' ἔπαγον. Τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κείνα λείπειται.

Ἡ δὲ σοφὴ βίωσις παραινέσις ἀνθρώποισιν.

Μέμνηται δὲ καὶ χοιρίων τῶπων καὶ δὴ καὶ περιφέρεται παρ' ἐπι-  
 ταυή.

Ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον καὶ ἐφίβησα, καὶ μετ' ἔρω.

Τέρπν' ἔπαγον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κείνα λείπειται.

Postea (post Zephyrium) est Anchiala paulò supra mare sita,  
 Sardanapali opus, ut Aristobulus scribit. Ubi Sardana-  
 pali monumentum est lapidea statua, quae dextra manus  
 digitos committit quasi complodit. Quidam dicunt ibi  
 epigramma Assyriis literis insculptum huiusmodi: Sarda-  
 napalus, Anacyndaraxis filius, Anchialem Tarsum unâ  
 die condidit; tu hospes ede, bibe, lude, reliqua enim ne  
 quidem huius sunt digna, nempe crepitus.

Cum te mortalem nôris, presentibus exple

Delitiis animum, post mortem nulla voluptas.

Namq̄ ego sum pulvis, qui nuper tanta tenebam etc.

Hoc



*Hoc sapiens vita mortalibus est documentum.*

*Choerilus horum meminit; & hi versus circumferuntur &c.*

§. IX. Geographo Homérico (hōc epithetō Strabonem quidam insigniunt) succedat *Plutarchus* Trajani Imper. amicus, qui cūm oratione priori περί Ιύχης ἢ ἀρετῆς Ἀλεξάνδρου (λ) succinctē dixisset, Sardanapali monumento inscriptum fuisse:

Ταῦτ' ἔχω ὄσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα.

Oratione posteriori (μ) paulō plenius effert. Σαρδανάπαλ & inquit, ἐξαινεύει δ' ἴκοι πορφύραν, αἰαβάδην εἰ ταῖς παλλακαῖς καθήμεν &. Ἀποθανόντ & δὲ αὐτῷ λιθίνην εἰκόνα κατασκευάσαντες ἐπορχασμένην ἐαυτῇ βαρβαρί, καὶ τοῖς δακτύλοις ὑπὸ κεφαλῆς ἵπιν ὑποφορᾶσαν, ἐπέγραψαν: ἔσθις, πίνε, ἀφροδισίαζε, πᾶλλα δὲ ἔδεν. *Sardanapalus domi purpuram carpebat, inter pellices sedens sursum erectis pedibus: Cui mortuo lapideum posuerunt simulacrum, barbarico more sibi saltantis, digitisq; supra caput complofis erepitem edentis, inscripseruntq;: ede, bibe, Veneri da operam, reliqua nihil sunt.*

§. X. Πολυμαθεστάτῳ parallelorum & moralium scriptori jungimus *Arrianum Nicomediensem* Philosophum Epieteteum, qui (ut refert *Suidas* ex *Heliconio*) sub Adriano, Marco atque Antonino Regibus Romæ floruit, obque eximiam eruditionem ad consulatum evectus & alter Xenophondidus est. Ita verò ille (ν) (ι) lib. 2.

Τὸ μνήμα τῷ Σαρδανάπαλι ἐγγυὲς ἦν τῶν τειχῶν τῆς Ἀγχιάλης, de expedit. καὶ αὐτὸς ἐφεισήκει ἐπ' αὐτῷ Σαρδανάπαλ &, συμσεβληκῶς Alexandri ταῖς χεῖρας ἀλλήλοις, ὡς μάλιχα ἐς κρότον συμβάλλοντα. Καὶ p. 32. edit. Ἐπιγράμμα ἐπεγράφη αὐτῷ, Ἀσύρια γράμματα. οἱ μὲν Ἡενρ. Ste- Ἀσύριοι καὶ μέτερον ἔφασκον ἐπ' αὐτῷ τῷ Ἐπιγράμματι. Οὗ δὲ phani an- ἴδης ἦν αὐτῷ, ὃν ἔφραζε, τὰ ἐπιπρῶτον Σαρδανάπαλ & ὁ Ἀνακυν- no 1575.

B

δαρξίξ

(λ) pag. 330  
edit. VVilh.  
Xylandi  
Prof: Hei-  
delberg.

(μ) p. 336.

(ν) (ι) lib. 2.

Henr. Ste-  
phani an-  
no 1575.

δαξαξ8 παῖς Ἀγχιάλον κ̄ παρὸν εἰ μίᾳ ἡμέρᾳ εἰδείματο.  
 σὺ δὲ ὦ ξένη, εἴθιε κ̄ πίνε κ̄ παῖζε, ὡς τὰ ἅλα τὰ ἀνθρώπι-  
 να ἔκ ὄντα τέτυκ' ἄξια. τὸν ψῖφον ἀνισσόμον (G), ὅνπερ αἱ  
 χεῖρες ὄπι τῷ κρότῳ ποιεῖσι. κ̄ τὸ παῖζε, ῥαδιεργότερον ἐγέ-  
 ρηφθαι εἴφασαι τῷ Ἀστυείῳ ὀνόματι. Bonaventura Vul-  
 canus Brugensis Græcarum literarum in Academia  
 Lugdunensi Professor h. m. vertit: *Sardanapali sepul-  
 chrum ad ipsa Anchiali mœnia extabat, innitebatur Sarda-  
 napalus manus collidens, ut in plausibus fieri solet. Inscri-  
 ptio statuae addita erat Assyriis literis, cui metrum subesse  
 dicebant. Versuum sententia hæc erat: Sardanapalus A-  
 nacyndaraxa filius Anchialum (G) Tarsum unò die condidit.  
 Tu verò hospes ede, bibe, lude, quum cætera res humana  
 tanti non sint: plausum significans, quem manus collise  
 faciunt. Illud verò lude, molliore quodam lasciviorèq̄ Assy-  
 rio vocabulo expressum ajebant.*

§. XI. Arriano adjungimus, qui sub M. Anto-  
 nino Imp. libros 15. diptosophistarum conscripsit, *A-  
 thenaum* sic satis in hoc argumento prolixum. Nam  
 (E) p. 336. libro 8. (E) ex Chrysippo adducit sex istos versus, quos  
 edit. Isaac. supra §. 8. ex Strabone allegavimus, & sexto aliquan-  
 Casanboni tum immutato addit septimum hoc modò:

Ἡ δὲ σοφὴ βίη τοιοῦτο ὀφείλεται, εἰδὲ πολὶ αὐτῆς

Λήσομαι. ἐκ τήσδ' ὁ γέλων ἔ' ἀπείρονα χρυσόν.

Quos Jacobus Dalechampius Cadomensis, Medicus Pari-  
 siensis oratione solutâ ita reddit: *Sapiens est hominum  
 vita hæc adhortatio; Eam nunquam oblivioni tradam: Qui  
 (O) pag. 528. volet, aurum infinitum possideat. Libro autem 12. (O) ex  
 Aristobulo citat ea, quæ laudatus Strabo §. 8. ex eo-  
 dem desumpsit. Et ibidem meminit epitaphii Chal-  
 daici, juxta Amyntam lib. 3. Ὡς ἐσθμῶν in urbe Nino  
 post dirutum à Cyro aggerem quendam urbis reperti,  
 quod*

quod Charilus metricè transtulerit h. m. Εγὼ ἐβασίλευσα  
 καὶ ἄχαι ἐώρων τῆ ἡλίου Φῶς, ἐπιον, ἐφαγον, ἠφροδιόασα, εἰ-  
 δώς τε χρέιον ὄντα βραχύν, ὃν ζῶσιν οἱ Ἀνθρώποι, καὶ τῆτον  
 πολλὰς ἐχόντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας, καὶ ὧν αἰ καταλί-  
 πω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἔξισι ταῖς ἀπολάυσεις. διὸ καὶ γὰρ ἡμέραν ἔδε-  
 μίαν παρέλιπον τῆς πικρῶν. Ego regnavi, & quamdiu lu-  
 cem solis sum intuitus, bibi, comedi, Venerem exercui,  
 quia scirem breve tempus esse, quo vivunt mortales, idē  
 multis permutationibus atque molestiis inquietum, ac eorum  
 bonorum quae sum relicturus, fructum & delicias alios per-  
 cepturos: Itaque nullo cessavi die, quin id agerem.

§. XII. Agmen denique claudat Augustinus  
 cum Genesis Byzantio & Suida; quorum ille (π): Sar-  
 danapalus Rex quondam ita fuit voluptatibus deditus, ut  
 in sepulchro suo scribi fecerit, ea sola se habere mortuum,  
 que libido eius etiam, cum viveret, hauviendo consumserat.  
 Ille (ρ) Νινυῆς βασιλεὺς Ἀνακυνδαράξου παῖς Ταρσῶν καὶ Ἀν-  
 χιάλων ἐν ἡμέρῃ μιᾷ ἐδείμεν Rex Ninus Anacyndaraxi filius  
 Tarsum & Anchialen unò die condidit. Hic ita (σ) Κόλα-  
 κες καὶ μιμηταὶ τῆ ἐκείνου φιλοσαρκίας καὶ γαστριμαργίας καὶ οἰση-  
 λασίας ἐπέγραψαν ὡς ἐξ αὐτῆ δῆθεν ἐν τῷ ταφῶ αὐτῆ τῷ  
 Τόσῳ ἔχω καὶ τῷ ἐξῆς. Adulatores & imitatores libidinis  
 illius carnalis & belluationis & furoris, ut illius nomine  
 scilicet inscripserunt eius sepulchro illud carmen: Hac  
 tantum habeo (quod totidem verbis, subjunctis ad-  
 huc aliis, legitur in Synopsi Chronologica ἀπὸ τῆς τῆ  
 Ἀδάμ πλάσεως μέχρι τῆ Ἀλεξάνδρου τελευταίας, praefixa  
 MSS. Georg. Hamartoli, quod ex bibliotheca τῆ παννυ Reinesii  
 videre licuit apud Nob. Dn. Bosium.) Et paulò post: Εἰ  
 Νίνω ὅτι τῆ μνήματι αὐτῆ ἴστ' ὀπιγέγραται: Σαρδανάπα-  
 λος ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς Ἀγχιάλον καὶ ταρσῶν ἐν ἡμέρῃ  
 μιᾷ ἐδείματο. σὺ δὲ ὡ ξένη, ἔαθι καὶ πῖνε καὶ παῖζε. ὡς τὰ γε  
 ἄλλα τῆ ἀνθρώπεια ἐκ ὄντα τῆ αἰξία, τῆ τέτι τῆ πῶν δα-  
 κτύλων

(π) lib. 2.  
 de C. D. p.  
 224.

(ρ) in MS.  
 Bosiano  
 lib. 3. βασι-  
 λικῶν.  
 (σ) voc.  
 Sardanap.

κτύλων ἀποροτήματα. Τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἀγαλ-  
 μα. ὡς δὲ κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται ὡς αὐτὸ ἀπο-  
 λικῆν τοῖς δακτύλοις. Ταυτὸ δὲ ἐν Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς ταρ-  
 σαῶ ἐπιγράμῳ, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον. Sensus bene-  
 ficio superiorum facile elici potest. Hæc autem ideò  
 paulò prolixius adducere volumus, quòd nec Auto-  
 res cuivis obvii sũnt, & quò in sequentibus facilius pro-  
 grediamur. Conferri possunt ulterius *Simsonius* l. c.  
*Christian. Schotanus* T. 2. Biblioth. Histo. S. pag. 1030.  
*Matthia* loc. cit. *Joh. Cluverus* in Epitom. Histor. pag.  
 46. *Joh. Micralius* in Syntagm. Histor. Polit. pag. 48. *Joh.*  
*Jonstonus* in Polyhistore pag. 128. *Franc. Schaperus* in not.  
 ad *Joh. Sleidani* libellum de 4. summis imperiis pag. 56.  
*Joh. Rosa* Comment. in *Ciceron.* lib. 2. de fin. pag. 249.  
*Joh. Ludov. Vives & Leonh. Coquæus* Comment. in *Au-*  
*gust.* lib. 2. de C. D. *Baptista Camposulgosus* lib. 9. cap. 1.  
*Clemens Alexandrin.* lib. 2. Strom. *Sebast. Munsterus* lib. 5.  
*Cosmagraph.* pag. 986. *Stephanus Byzantius* de urbibus  
 voce Ἀγχιάλῳ pag. 13. edit. *Wilh. Xylandri.*

§. XIII. Transeundum nunc erat ad alterum  
 Exercitationis nostræ caput, & facta, quæ tantopere ja-  
 ctat *Sardanapalus*, expendenda; Nisi nos revocaret ejus  
 profapia, de qua circa calcem hujus perioches prius quæ-  
 dam afferemus. Patrem igitur illius quod attinet, nomen  
 ejus diversimodè a scriptoribus effertur. Apud *Strabo-*  
*nem*, *Arrianum*, *Suidam*, *Genesium* vocatur *Anacynda-*  
*raxes* (à quo proximè abest *Münsteri Anacendarasses*)  
 Apud *Athenæum* modò *Anacyndaraxes* modò *Anabaxa-*  
*rus* Apud *Eusebium* in impressis *Ocraxapes*; In quibus-  
 dam verò MSS. ut & in *Chronico MS. Bosiano* *Acraxapes*  
 (cui propè accedit *Dresferi*, & *Mathiæ Ascraxapes*) Apud  
*Africanum* si *Caligero* credimus & *Calvisio*) *Acracar-*  
*nes*:

*nes*: Apud Syncellam *Acraganes*: In antiquissimo MS.  
 Bosiano Ottonis Frisingensis extremo lib. i. *Vacrazanes*.  
 Hic 42. annis iuperâsse dicitur. Alioqui res ejus gestæ  
 minüs celebres sunt apud Historicos; Unde Aristoteles  
 apud *Athenæum* (τ) contendit, Sardanapalum κατὰ πατρός  
 ἢ πατρὸς ἀδελφότητος εἶναι quando de nomine pa- (τ) lib. 8.  
*tris appellatur, ignotiorem fieri.* Solebant enim Græci cap. 30  
 patris nomen adjicere inter alia facilioris notitiæ causâ,  
 ut scilicet eò citius animo conciperetur is, quem designa-  
 bant. Quod ipsum hîc in Sardanapalo, si ei patris no-  
 men adjungatur, locum habere inficiatur Philosophus,  
 eò quod parùm famigerabilis esset illius parens. Vid.  
*Casaubonus* (υ) Ad hunc Anacyndaraxen venisse Jonam (υ) Anim.  
 prophetam, eumque juxta cum Ninevitis ad pœniten- adv. ad l. c.  
 tiam revocasse, autores sunt *Leonhardus Cranzhemius*  
 Theologus & Chronologus Lignicensis (φ) & *Christ.* (φ) Annot.  
*Matthie* l. c. *Scaliger* verò, *Calvisius*, *Salianus*, *Aug. Tor-* ad Chro-  
*niellus* (χ) aliique ipsum Sardanapalum à Jona monitum nol. lib. 5.  
 & ab eodem sub initium regni, cùm nondum in volupta- cap. 8.  
 tum barathro penitüs demersus esset, in viam reductum (χ) T. 2.  
 esse; dehinc tamen cùm ad vomitum rediisset, regno Annal. S.  
 excidisse docent. Adducit autem Cranzhemius pro suâ ad A. M.  
 sententiâ duas rationes, quarum prior desumptâ est à 3215.  
 tempore, quò Jonas vixerit, quod dicit omninò fuisse id  
 tempus, quo regnavit apud Israelitas Jerobeam II. (ψ) (ψ) 2. Reg.  
 annum nempe mundi 3121. cui ὀψυχῆτος fuerit Aserapa- XIV, 25.  
 ces (ut vocat) Tonosconceleri parens *Posterior* à deliciis  
 Sardanapali, per quas ille nequiverit ad sanam mentem  
 aspirare, & resipiscere. Quæ rationes num id evincant,  
 quod iisdem intenditur, in conflictu videbimus.

§. XIV. Si ulterius ad Sardanapali majores a-  
 scendamus, dissentientes rursùm offendimus scriptores.

- (ω) lib. 1. cap 6. Nam *Vell. Paterculus* (ω) stemma ejus deducit ex Nino & Semiramide, eumque tricesimò tertiò locò ab iis regnâsse scribit, ita ut semper successor regni paterni esset filius. Cui concinit *Diod. Siculus* loc. cit. οἱ βασιλεῖς Ἀσσυρίων, ἰνὸναι παρὰ πατρὸς διαδεχόμενοι τὴν ἀρχήν, ἐπὶ γενεῶν τριάκοντα ἐβασίλευσαν μέχρι Σαρδαναπάλης *Reges Assyrii ad triginta hominum aetates per successionem paternum imperium administrarunt.* *Agathias* autem *Scholasticus* de imperio & rebus gestis *Justiniani* Imperatoris (a) non ex Nino, sed Belitara ipsum oriundum esse refert. Verba ex Latina versione ita habent: *Ninus primò videtur Assyriorum imperium in Asia stabilisse, & post eum Semiramis, ac deinceps omnes horum posterì ad Belum Dercetada filium. Cùm enim in hoc Belo Semiramica stirpis successio desineret, Belitaras quidam (Balatorem vocat Chr. Adamus Rupertus (b)) nomine vir insitor, & hortorum, qui in regia erant, curator ac magister, imperium sibi mirâ ratione vindicavit, suoque generi in sevit, quemadmodum Bion & Alexander Polyhistor prodiderunt.* Quæ eadem ex Bione & Alexandro refert etiam συναγωγὴ ἰσραηλῶν in *Thefauro* temporum *Scaligeriano* (c) Aliam tamen adhuc fovet sententiam *Gilbertus Genebrardus Parisiensis* in *Chronolog.* (d) qui *Sardanapalum* facit *Sennacheribi* filium natu minimum, *Asaraddonem* nempe (cujus scriptura meminit (e) inductus cum primis cognatione nominis: *Sardanapalus* enim & *Asaradanphul* (ita scribit *Genebrardus*) habent affinitatem quandam, si ab hoc posteriore per *aphæresin* tollas primam literam, & in fine addas *Phul*, quod aliis quoque *Assyriis* Regibus compete-  
bat. Neque adeò iniquus est huic conjecturæ *Nicolaus Abramus Jesuita, Professor Musipontanus, in Pharo Vet. Testamenti seu libris XV. Sacrarum Questionem an. 1648.*  
Lute.

Lutetia Parisiorum editis, lib. 6. de regno Assyriorum (f) Ad. (f) p. 164.  
dens insuper, nomina Arbacis & Beloehi ducum eorum, à  
quibus Sardanapalus oppugnatus scribitur convenire cum  
nominibus Rapsacis & Baladan procerum Asaraddonis.  
At enim verò argumentum hoc ex ὀνομασολογία petitum  
infirmius esse videtur, quàm ut huic rei stabiliendæ suffi-  
ciat. Pertexeremus nunc telam, & de Tarso & Anchi-  
ale, itemque luxuriâ Sardanapali diceremus, nisi pa-  
gellarum angustiam excluderemur: Expeditum verò id  
dabimus, cum Deo & die, in altera de hoc argumento  
disputatione. Nunc ilicet!

## COROLLARIA.

### I.

Scaliger suprâ p. 1. (& ex eo Calvisius Simsonius, Mat-  
thia) asserit, Ciceronem lib. 3. de Republ. Sardanapal-  
lum vitiis & nomine deformem vocare. Verùm in totis  
de Republ. fragmentis nil tale habent editio Dion, Go-  
thofredi, & recentior Corn. Schrevelii nobis evolutæ:  
uti nec illæ, quas Salius vidit. Quid ergo Scalige-  
ro in mentem venisse dicendum est? Num audi-  
enda est conjectura Salius loc. cit.: Apparet, inqui-  
entis, depravatam à Scaligero Hieronymi locum in cap. 1.  
Amos: In diebus Ozia, inquit Hieron, quando apud Assyri-  
os urbesque Cilicia regnabat Sardanapalus, de quo insignis  
orator, turpior, inquit, vitiis quàm nomine. Quem ille Orato-  
rem fidenter Tullium interpretatus est, fidentiùs autem no-  
tauit etiam librum?

### II.

Perperam Dupliciâ geminam comminiscuntur  
veritatem, cum ea non nisi unica sit.

### III.

### III.

Omnes omnino res, maximæ, medioximæ, minimæ, bonæ sunt.

### IV.

Deus est ens summè necessarium.

### V.

Deus est agens liberrimum: Nec hæc libertas priori necessitati quicquam derogat.

### VI.

A positione consequentis ad positionem antecedentis, & à remotione antecedentis ad remotionem consequentis in certo genere semper valet consequentia

### VII.

Utitur non nemo in Th. Hist. p. 459. & 460. contra Judæos his syllogismis:

Mesias debuit venire in mundum ablato sceptro à Juda

Chr. Jesus venit in mundum ablato sceptro à Juda.

E. Chr. Jesus est verus Mesias.

It. Mesias debuit nasci in Bethlehem civitate Judæ.

Christus natus est in Bethlehem civitate Judæ.

E. Christus est verus Mesias.

Propositiones omnes veræ, Syllogismi tamen nulli sunt. Possum enim eodem modo subsumere:

Johannes Baptista venit in mundum ablato sceptro à Juda.

E. Joh. Baptiste est Mesias.

Nec difficulter hæc ratione probabitur, album esse nigrum

*Sed*

Ταῦτα δὴ μὲν ταύτη

S. D. G.



*Præstantissimo*  
DN. CHRISTOPHORO SEILERO,

SS. Theol. Cult. indefesso

*publicè disputaturo*

FELICITER!

Ingenii dotes monstras, SEILERE, Cathedrae

Hæc studii testis sit, precor, usque TUI

*testanda benevolentia L.M.Q. adponebam*

Joh. Ernestus Gerhardus,

SS. Theol. D. & P.P.

---

Scriptio, quæ spurco peperit mala nomina Regi  
En Tibi (nec mirum) contra bona nomina gignit.

*Per-Eximio atq; Eruditissimo Dn. Respondenti suo, publicum  
eruditionis specimen non sine applausu edenti applausdebat*

PRÆSES.

---

*Per-Eximio atque Doctissimo*

DN. CHRISTOPHORO SEILERO,

Phil. & S.S. Theol. Stud. maxime industrio

*publicè disputaturo*

FELICITER!

ET Venerem & Cænas & plumas SARDANAPALI  
Cribas: Ingenii vena benigna fluit.

Prosequor ominibus tantos, SEILERE, secundis

Conatus: Laurum florida Jena parec

*Ita gratulabundus vovet*

Joh. Henricus Syrbius,

Phil. Stud.

La-

**L**ande scatent ausus, dum scandis docte Cathedram,  
Atque Sopham studium mente sagace doces.  
**H**inc grator, Dominum rogitans e' pectoris imo,  
Quo semper studiis velit adesse tuis.

*Hec  
festinanti calamo in honorem Dn. sui Contubernalis  
scribebat*

**DANIEL Seiler/Phil. & SS. Theol. Cultor.**

---

**S**udas in studiis, scandis perdocte Cathedram,  
Inde reportabis laudem simul atque brabeum;

*Hec paucula  
Conterraneo suo dilectissimo Cathedram Philosophicam ascen-  
denti apponere voluit debuit*

**SAMUEL GRABNERUS, Hartensl.  
S.S. Th. Stud.**

---

**P**alladis in Castro dum felix pulpita scandis,  
Doctus ad Aonios laude parabis iter.

**A**dclamo veterum **FELICITER!** utque sacrati  
Flaminis inceptum Gratia dia regat.

*Quibus paucillis Per-Exim. Dn. Respondenti  
amico suo animus gratulatur*

**JOHANNES KÄSTELIUS, Annebergâ Misn.**

---

**E**cce Camoena tuis votis aspirat amoena,  
Laudes permagnas dum tibi distribuit.

**F**lagravit tua mens duos tolerare labores,  
Mens virtute viget, praemia grata feres.

*Hec paucula adjiciebat prope ante calamo*  
**CHRISTIANUS SCHINDLERUS,  
Schneebergâ Misn. L. L. Stud.**

---

**FINIS.**

AB: 155735 (1)


ULB Halle 3  
003 023 915




80

V. 12







TATIO

ANA-

TAPHIO,

indultu  
tis Philosophicæ

balanâ

oni submitunt  
SES

ANNES

SIUS,

Misnicus

IDENS

RUS SEILERUS,

is Misnicus

nönburgicus

Octobr.

DC.LXVI.

Æ,

höffarianis.

4

4

